defunctus iussu bte di Henricus iulianum apostatam interfecit.

xix. G VII. kl. Decemb. Nat sci petri epi alexandrie. Qui cum esset omnibus adornatus virtutibus in scripturis divinis nulli priorum inferior. uere et sacerdos et hostia dei subito rapitur. atque maximiani precepto capite obtruncatur. cum quo simul et alii plures ex egypto epi truncantur. Scriptum in hystoria ecclesiastica libro VII. In sce katherine virg et mris. q passa e sub maxentio imperatore. Antiochie sci hermolai mris. Ipso die sancti Maruli epi et mris.

A VI. kl. Decemb. Nat sci. Iuni pape. qui post apli petrum primus romanam ecclesiam tenuit annis. xi. mensis. iii. et mrio coronatus sepultus est in vaticano. Apud alexandriam nat scorum mrum. Fausti pbri. et dii. et ammonii. qui cum bto petro eiusdem urbis epo iubente maximino truncati sunt. Eodem die passio sci Cassiani et sucandri. augustiduno. sci. Amatoris epi. Ipso die sci Leonardi cofi. Eodem die dedicatio in abside ad altare bte virginis.

viii. B V. kl. Decemb. Nat scorum mrum. Vitalis et Agricole. qui apud bononiam italie urbem post alia tormenta ultimo crucifixi mrium compleverunt. In galliis ciuitate regensi. nat sci Maximi epi. Eodem die apud affricam nat scorum mrum. Papini et mansueti eporum. Apud mennam sci Philippi eiusdem urbis episcopi.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK WÜRZBURG UB LWÜ
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Würzburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubw_mpthf132/0110